Pekino

N.º 19 —

Carta do Cardial di Pietra para o Bispo de Pekim, de 7 de Fevereiro de 1745 —

Sec. Oriente – m. 1 – doc. 9

Serrano

Ill.me et R.me D.ne V.ti Frater. Quanta cum animi sui voluptate SS.mus D.nus Noster ex epistola Am.s Tuæ, et ex Testimonijs eidem adnexis, Te Consecrationis munus ad Episcopatum Pekinensem rite obeundum Macai accepisse intellexerit, et quanta pariter cum Apostolicæ erga Te, Gregemque pastorali tuo regimini commissum, Charitatis significatione de nonnullis, ijsque sane gravibus ad uberiorem nedum Ovium tuarum utilitatem, verum etiam Catholicæ Religionis in dissitis istis Regionibus amplificationem, tua strenue adnitente opera, comparandam, Te monitum velit; ex adiunctis Sanctitatis Suæ Literis in forma Brevis eadem Am.o Tua satis perspicue percipiet. Nos igitur mandatis Summi Pontificis, sicut par est obsequentes, easdem ad Te hisce aligatas transmittimus, firma spe freti, fore ut quam de tua virtute, fide, ac obsequio amantissimus Pater, hac etiam Sacra Congregatione plurium suadente opinionem gerit, salubria Sanctitatis Suæ monita humiliter excipiendo, providæque eius voluntati prompte, et alacriter parendo, abunde, et reipsa confirmes. Et Am.s Tua

Deus incolumem Amplit. V. sospitetque quamdiutissime servet.

Romae 2 February 1725.

Ampl. Vrae

Uti Frater

Card. Petra Praef.

Nicolaus Lercarius Secrius